

Σὺν τῷ εἰῷ μύρῳ ἀθανάτῳ.

BALSAMUM VITÆ

DISSERTATIO ACADEMICA
De

CALIDO INNATO.

Quam

PRÆVIA SACRO SANCTA TRIADE,
Ex consensu & Adprobatione Amplissime Facult: Philos:
In inclita & celebri ad Auram Academia

SUB PRÆSIDIO
VIRI PRÆCLARISSIMI,

Dn. M. PETRI HAHN,

In prænominato Musarum Palladio Physices Pro-
fessoris Ordinarii, Præceptoris & Promotoris
jugiter colendi,

LIBERALIS EXERCITII ET SPECIMINIS LOCO,
Publico sobrie philosophantium examini, qua pars est, modestia
submittit & offert

PETRUS L. LINSTORPHIUS, Stip. Reg.
Wexioniæ Smolandus.

In Diatribe Academia maxima, Die 19. Maij Anni redonatae gratie,
Octavo Octavo supra millesimum & sexcentesimum.

A B O E,

IMPR. APUD JOHANNEM LAUR. WALLIUM, A. T.

VIR

Doctrinâ, Dignitate, Virtutibus & meritis maxime inclite

Dn. ERICE FALANDER.

Ut qvondam tam Græcæ & Hebr. LL. qvam Juris utriusque Professor celeberrime, ita nunc in Regio, quod heic Aboæ Finnorum est, Dicasterio Adseffor æqvissime, Mecœnas & Promotor ut propensissime, ita venerabundâ gratiarum actione & reverentiâ submisse colende.



Ratus est, qui dum accepit, de reddendo cogitat, dixit sapiens senex Seneca. Verba cedro digna, sed & admodum dura, illis præcipue, qui cum tristi paupertatis onere conflictari coguntur. Qvorum verò isthæc? Te Mæcenas propensissime, submisso aspecto vultu, alloqvor ore. Tu enim solus es, cui post Deum & genitores summam debedo gratiam. Per asperrima à teneris iactatus fui annis, & ut Heliotropium præsente sole folia expandit, absente recludit; ita & de studiis meis dudum fuisset actum, nisi benignorum patrocinio fuisset suffultus. Tam duro necessitatis expositus telo, hæc, scilicet patrio, non veritus fui visitare locs, nullius nisi summi numinis, quod imploravi confisus auxilio, quod & reperi. Reperi enim Deo laus, qui cibo nutritivit, præceptis, monitis & fidelibus adhortationibus me dotavit, queis & innutiri & dum vitam concesserint fata, sequi me debere, profiteor. His depingendis beneficiis vel Zeuxis calamum vel Apellis optarem penicillum, ni rei inhiberet moles, vetaret assentandi (quod semper abominatus fui, cum simpli cittaet

citatem humilitati semper volui esse conjunctam) studium, cum deniq;
gravissimæ Tuæ me inhiberent voces, qui Te pomposas ejusmodi ver-
borum phaleras semper detestari sèpiuscule fuisse contestatus. Proin-
dè in laudem vel per orbem decantare Tuæ eruditionis, vel in Remp.
& rem literariam meritorum exspatiari, cum materiæ amplitudo,
tum, hoc quod dixi, vetat Sacramentum. De illo quod in limine te-
tigi, paucis dicam, sere me tanto obstrictum esse video, quanto exsol-
vendo nunquam esse possum. Quo itaque redhostimento rependam?
nisi quod non modo gratissimo animo illud imprimâ, sed & coram o-
mnibus bonis deprædicem, summoq; nisi in id iuxta incumbâ, ut due-
ram mihi commissam provinciam eâ fide administrem, quâ possim,
nè, tantæ beneficentia Te, unquam pœniteat. Interim in grati animâ
μυημονιον levidesem meam lucubrationem sereno suspicere vultu.
Monuisti Mæcenas optimè & quidem reæfissimè Theoreticarum &
notionalium disciplinarum insignem esse usum, si ad cognitio-
nen superiorum facultatum excolantur, utiliores vero esse practicas
in Rep. & vita civili, & hinc maiori excolendas zelo, hoc monito
obtempero & quidem lubens, quod verò ex Theoreticis elegerim argu-
mentum, fecit materiæ jucunditas, utilitas & subtilitas. Et cum tra-
statio de Calido Innato vix super examini disputatorio fuerit subje-
cta, æqui bonique consulas intentionem Mæcenas optime, si ex-
actè elaborata non sit, submissè rogo. Limatiora promitto, si for-
tunæ meæ altiori incesserint cothurno. Vale Patrone beneficen-
tissime, & vive in longam annorum seriens multa felicitate beatus!
Sis diu superstes Reip. Sis diu Tibi, Sis diu hominissimæ familie, Sis
& natis, (quos vestigia tua premere, ætatiq; venturae succrescere com-
modo, animitus opto!) vivum virtutis exemplar, & denique T. Am-
plitud. fatis exceedentem cœlestia excipient nunquam desitura gaudia!
Sic vult, sic vovet *Calido pector* μέχεται τῷ ζῆν.

Amplissimi Tui Nominis

Devotissimus cultor

PETRUS LINSTORPHIUS,
A.D. & R.C.P.

Plur. Rever. dignitate, claritate honoribusq; undiq; laudatissime

Dn. Mag. SAMUEL UNNERE,
Ecclesiarum, qvæ Deo in Rødholt & Gållarnd colliguntur,
Pastor longè meritissime, Mæcenas & promotor
summopere colende.

Pietatis, prudentiae ac experientiae laude maxime conspicue,

Dn. PETRE P. von HØSØM /
Civitatis Holmensis Metropolitanæ civis & mercator qvâ
re, quâ moribus, qvâ fide, maxime honorande, artis itidem
materialisticæ maximè gnare, Evergeta ac promotor
citra discriminem temporis justè colende.

Eruditionis, virtutum, morum, fidei q; spectata gloria inclyte,

Dn. OLAE RHEZELI, In curia Aboënsi
cum Secretarie tum Notarie adcuratissime, fautor &
Evergeta singulariter honorande.

Pro beneficiorum Pl. Rev. T. Dign. cumulo, qui à teneris meis
annis parentibus meis & mihi accessit, vix ac ne vix qvam
dignas referre possum gratias, nisi enim T. Pl. Rev. D.
persensissimam suspetias, studiorum telam ante annos bene multos ab-
rupisse. Ast reficit me benevolus tuus favor, plus animum qvam
donum respicientis beneficiarii, & cum marmoream gratitudinis non
exstruere potuerim statuā, En! papyraceam banc benignā aspice fronde;
& gratissimum T. Pl. R. de D. clientem favore ulteriori ample-
ctere. Vos etiam Promotores honorandi, per officiose ac qua par est
modestia rogatum venio, dignemini tenuem mean Musam benigne
respicere vultū, indigasq; meas camænas benevolo animo sublevare,
ego interim dum vivo sum & ero,

Nominibus vestris addic̄tissimus
PETRUS LINSTORPHIUS.

Ad

Pereximium Musarum Cultorem

Dn. PETRUM LINSTOR.
PHIUM, Smol.

Amicum & Sympatriotam dilectum:

Bum CALIDUM INNATUM tractat
LINSTORPHIUS, inde
Igneus ingenii cernitur hicce
vigor.

Elegium hocce
occupatisimus
scripsit

ELIAS Zil-Londz/
Med. Doct. & Prof,

Litera.

Litterarum Morumque cultura Eximis ac Prae-
stantissimo Juveni,

DN. PETRO LINSTORPHIO,
De Natura CALIDI INNATI, solerter differenti, Amico
& Commiliti perpetim amando;



Orporis ac Anime nexum firmumque ligamen.

Discursu egregio detegit atque aperit.

Materies rara est, quam non Academia videt.

Taliter edoctam propositamq; recens.

Serviat ad nutum tua Ti fortuna! secundet

Ausus, aeterno Nurniae cuneta movens.

Cen tuus, bicce, brevi, laber exsplendescere temet

Fecerat, & Virtus evebat ulterius!

L. Mq; licet subitaria cura grata habatur

SIMON TAPPO

Met. & Log. Prof. Ord.

185

Viro-Juveni tam morum decentia, quam litterarum gloria
compicuo, Praestantissimo

DN. PETRO LINSTORPHIO,
Amico meo singulari, & in CHRISTO dilecto, ac CALIDO INNATO
doctam & ingeniosam disputationem evulganti:

W ita brevis, nunquam morbofis libera curis,
Nostra est, nec Priami tempora ferre potest;
Nec Pylios tolerare dies, nec Nestoris annos;
Sed veluti vento vix rosa nata cadit.

Huic Calidum Innatum, lentans humorque catena est;
Quod modo demonstras, PETRE: perinde vale!

186

ANDREAS WANOCHIUS,
Phil. Praet. & Hist. Prof.

PRODROMUS AD LECTOREM BE-
NEVOLUM,

N! Tibi nunc sifto B. L. quisquis ex,
novellam & primam ingenii mei lu-
cubrationem, quam cum indige Cas-
mene, tum metus, ne (ut uxore
prematu*re* nupt*e* abortiuntur) pre-
cox offerrem cruxculum, hic usque
detinuere. Scio Te quidem ex asse
elaboratum, quod non habeo, exspectare
specimen, scio Te illorum estimare scripta, in quiccum numero
verborum certant rerum pondera; Stilus meus (fateor) repit
hum*i*, materia vero subtilitas non minus quam jucunditas longe
supra ethera semet extollit. Hanc itaque potius quam illum
inspicias velim. Et cum in laqueo sis, ad mentem Divi
Hippocratis, qui minutatim in mortem procedas, hinc Seneca.
in quo consistat vita, vivacitatis & mortis causa, paucis me-
cum considera. Descende in temetipsum O Lector & invenies
cum Jacobo, si bene ponas calculum, dies annorum peregrini-
nationis tue, qua quantitatem paucos, qua qualitatem Genes.
malos. Sic per syrtes, brevia & miseriaram calles non 47. v. 9.
tameendum Tibi quam penetrandum, cum natura comorandi CATO
non habitandi dederit diuersorum, donec ut levis fumus, major
evanida umbra, odor nebulosus, somnus vanus, flaccescens herba, p. 185.
vapida nubes, folium, tela, spuma, imo nibil, teste sacrapagina,
peris, fatig*u*, succumbas tristi. Hoccline Φοβητῶν Φοβητολέγει? Arist.
Haecne ferreallex? Sed catholica. Et quamquam numerus Job. 14.
mensum nostrorum in manu sit Dei, quominus tamen per v. 5.

cf. Calidinal est substantia à DEO omnibus corporibus viventibus in creatione prima impressa, à materia & ceteris elementis formà specificā distincta, ut instrumentum sit anima & corporis per totum corporis ambitum diffusum, ejus exstinctio nem mors naturalis necessario sequitur. CALIDUM vero influens substantia est, viventibus corporibus propria, forens & excitans Calidum innatum, ejus extinctione mors violenta oritur. Hinc constat prius illud duplii constare corpore, spiritu scilicet insito Græce οὐφύσει, seu quod idem est CALIDO in specie & humido radicali, in qvod cum semper CALIDUM agat, ut oleum stupæ superfluum interire necessum habet, & sic humido absumpto CALIDUM sua ruit sponte. §. III.

Descriptionem nostram explicaturi, definito ut omnibus obvio relictō, πεγγυαλολογια inspiciamus, & notamus 1. Est substantia, non nuda qualitas, cum suis substet accidentibus. 2. à Deo * II. 3. In prima creatione * III. 4. Viventibus corporibus hoc inesse balsamum statuinius firmiter, qvibus verbis & lapidibus hoc negamus, cum licet augeantur & nutriantur impropriè & per nudam fiat appositionem & spiritibus Deo angelis & animæ rationali separatae. 5. A materia & ceteris partibus integrantibus hoc differre patet, constet licet homo humore quadruplici, pituita sanguine sincero; biliose & melancholico. 6. A ceteris Elementis hoc dissentire asserimus, cum nec in demor-

* II. Contra Saturninos, Manicheos & totum ēpōdōzōv chōrū, originem vel angelis vel principiis contrariis adscribentem.

* III. Contra Preceptorem Platonem & Discip. ejus Arist. eternum esse mundum somniantes.

mortuis, ut elementa, remaneat, nec frigore extinguitur, cum vivant hyeme acerima, serpentes complexio-
nis frigidissimæ, vivat mandragora, vivat tota stirpium
frigidarum turba. Accedit, quod pereunte compo-
sito, vel ab anima derelictum evanescat. vel unâ corpus
deserat. quod innuere videtur Aristot: 7. Formam *In li-*
habere specificam dixim⁹, cum, ut elementorum & prin- bro de
cipiorū Chymicorū; ita & calidi hujus innati suai misto vita &
maneat forma teste Sperl: reliqua descriptionis verba morte.
ex inferioribus patebunt.

CAPUT SECUNDUM.

De CORPORE HUJUS SPIRITUS subiecto inhæs. sc.

§. I.

Ut vita non modo *λογισμός* & actu rationis prædi-
tis, sed brutis etiam & plantis minoris vitæ gra-
dibus pollutibus tribui potest, quippe que actus est Magi-
& vigor anima & corporis, quas partes arborum & Her-
barum esse essentiales * I. non veremur statuere, has uni-
re ac in harum, ut loquitur Anaxagoras, ventre succum
attrahere, concoquere, temperare ac in substantiam *Propter calidum*
convertere **CALIDUM**, nullum est dubium, cuius defectu *in animalibus*
ut in animalibus * II. **mors**; ita in plantis ariditas *ariditas in pl.*
& corruptio sequitur certissima, hinc crescent aliae, *l. 138.*
aliae decrescent teste Syr. & quotidiana rerum ex- *Syr. c.*
perientia. *14, 19.*

Bruto-

*I. *Contra Democritum & Leucippū omnia ex atomis, Pythagoram
aëre. Empedoclem, Platonem in Timeo, Thal, Diogenem, He-
raclitum, Hippomen, Critiam ex elementis animam esse statu-
entes, quos videsis ab Aristotele lib. 1. de anima refutatos.*

*II. *Contra Plat. Anax. & Emped. & Cardanū. plantas esse Zū a di-
centes, cū quid brutis habeat avālozos, quos Scal. exerc. 138. ref.*

§. II.

Prutorum agmini toti CALIDUM hoc inesse, formamq;
substantialem organico conjungere corpori asseri-
mus absq; rubore. Interim strenuum me heic oppo-
nentem habere Cartesium ejusq; sequaces scio, qui ar-
gumentorum machinamentis unam partem formam
sc. in brutis tollere satagunt. Verum Cartesi acutum
probo ingenium, cum verò ab ignoratione ad negan-
dam rem argumentaris, Deum, Angelos & Tuam i-
psius animam videris negare. Sic dum omnes effectus
physicos absq; forma fieri dicis, quid nisi accidentis ex-
istere & operari posse sine subjecto dicis, insuper
dum ab automate & re inanimata ad formam substan-
tialem in brutis rationaris, quid nisi consequentiam ex
arena deducis, verbo, machinas hasce elumbes, quod
pugiones plumbeos vocitem, non est quod mireris.
Addo cum legerim verba tua ab Osiandro pag. 17.
de Revel. Div. exscripta, ubi acuminis & potentie dicis
esse argumentum velle fallere à fallaciis Tuis (sine affectu
dico) mihi cavendum autumo, cum veritas sit una, &
unica, quam in philosophia venamur, præda. Sed
de his satis. Formam inquam & corpus brutorum
colligat & constringit CALIDUM hoc INNATUM, quod
probo 1. Cum nulla ab anima proficiscatur actio quin
simul & semper spiritus hic concurrat. 2. Si brutis
non inesset, nec alerentur, nec augerentur, quod tamen
probat experientia, at hoc non sit à forma ut sic, nec
à materia ut sic, sed ab hac substantia materiæ & formæ
contradicta oriatur, necessum est. Et quamquam
duæ

duæ non sint in brutis animæ * I. vegetativam tamen adesse cum facultatibus, altrice, auctrice & procreatice, dicimus. Hinc argumentum; quidquid proprie augetur, habet CALIDUM INNATUM, bruta augentur. E. bruta ha-
bent CALIDUM INNATUM, quod erat demonstrandum.

§. III.

Jam ad synopsin æternitatis, naturæ delicias, mundi epitolmen, hominem perscrutandum noster devolvi-
tur discursus, quem postquam summus cœli terræq;
architectus in primordio rerum, duabus partibus con-
stantem produxit, * II. vinculo hoc firmissimo & vi-
tae instrumento beavit; quod hoc pacto probamus:
Quod vegetativam habet animam illud nutritur, Ho-
mo &c. E. Ulterius, quidquid nutritur, habet calidum
innatum, Homo &c. E. hinc brevi tempore crescit,
citoq; senecta, que ipsa morbus est, etiam invito obrepit
homini. nulla de alia causa, quam CALIDI nunc auctio-
ne, nunc detractione. In pueritia enim, qvæ veri est avâo. Pherr.
ya pl^o caloris humidi, aërei ac vitalis inest & infunditur,
quæ absumitur, hinc adoleſcunt corpora succrescant sta-
turæ. Juventus æstati similiſ calida & ſicca, in qua tantum
recipitur per nutritionem, quantum abſumitur. Senectus
hyemi est conformis, frigida & ſicca, qua auctrix non
modo definit, ſed & vigor ob humidi & calidi defe-
ctum remittitur, evidenterque decrementa perſentifcit,
donec derum pallida mors rupto hoc vitæ vinculo ci-
neſecerit omnes, & qvidem fine dolore, ut vult Plato

synonyma. xl

x.

Terent:

in

Pherri:

att: 4.

scena 1.

act.

* I. Contra Averroem & Zabarellam.

* II. Contra Osvaldum, Crollium, Paracelsum, Weigelium & alios
perperam ſentientes ac ab Osland: in loco de creatione refutatos.

in Ti. v. 9. f. cap. 7.

prosiguerunt
idem non videt
laetemq; vita u
lampi. eile concur
eat in quo. sumat
totale. cogitq; adeq;

in Timæo. Qvamq; huic ipsius sententiæ non per omnia subscribimus. Hinc quæ vivacitatis, brevioris-que vitæ causa existat, facile cernere licet, de qua in capite seqventi, ad quod nunc, brevitati litantes per-gimus.

CAPUT TERTIUM, De Extinctione & conseruatione hujus vitæ ballami,

s. L.

vita in q; g; conf.;

sterilitate humido
cig. fuscis. illig. siccis.

opera greci silvij orphani
ut pereant
tanto vegetum et
ibidem
quanto steriles
tanto durabili.

Cum omnis vita in CALIDO & HUMIDO consistat, ut omnes medici pariter ac philosophi testantur, hinc corruptionem ex eisdem negatis seqvi, est in proclivi. Sic plantæ chronicos suos sentiunt morbos, sic arbores horrendus seqvitur interitus, nunc totalis nunc partialis; Qvod vero qvædam citius, quædam tardius corrumpantur, formæ qvidem hanc catastrophen africamus, verum præterea etiam humidum exiguum fluidum & non lentum efficere posse asserimus, stu-pa enim effusâ aquâ existingvitur, oleo vero perfusa diu servatur, ita hæ succo destitutæ pereunt. Deinde quid faciat soliditas corporum, annosæ quercus tiliæq; dicente Plinio, testantur: Ulmi v. & ceteræ plantæ la-xiori præditæ corpore cito crescunt, cito pereunt. Por-ro, quanto steriores, tanto durabiores invenies plan-tas. ut enim virtus unita semper est fortior; ita calidum in corpore retentum arborem vel herbam non po-test non ab interitu vindicare. Præterea quid faciat altitudo vel crassities radicum, cuilibet constat, quanto enim altius terræ defixa sunt, tanto melius furenti boreæ resistere

resistere possunt. Adhæc sicca loca non parum adjuvant, illa enim ut humor affluens temperatus sit faciunt, nimio namque humore exstingvuntur. De amputatione justo tempore adhibenda, & transportandis arboribus & herbis illis solum relinqvimus, qveis cura hortulorum est demandata.

*Nicei loci plantis
magis iconis*

S. II.

Vivacitatis causam cum in hominē tum in brutis, <sup>Humid. Rad. in
humidum facimus radicale, sed bene temperatum, tifig. et. c.</sup> quamvis igitur copiosiori humido equi bovesque pol-
lent quā homo, tot tamen annos attingere non possunt,
cum humor eorum non sit adeo temperatus calore,
(quod tarda eorum arguit respiratio) nec pinguis, nec
lentus, nec unctuosus. Hinc qui in aquis degunt pi-
sces, terrestribus vitæ sunt brevioris. De influxu fide-
rum, solis præcipue & lunæ multa forent dicen-
da, quæ tot affectionum effectiōnumque causæ in na-
tura faciunt animalium, ut nunc benignam nunc
malignam sentiant vitæ qualitatem. **Q**uid qualitas
gionis solique clementia heic faciat, ^{Oper. s. n. effet} effari, cum quæ hic vivant feliciter animalia, per va-
ria transportata cœli climata, vel valetudinaria sem-
per deprehenduntur, vel miseram vitam cum morte
commutant. **Q**ua temperamentum vivacissimi sunt san-
gvinei, cholericī deinde, tertio loco pituitosi, ultimo
melancholici. **Q**ua sexum (sexu enim Herbæ &
arbores non distinguntur) arduum satis est dis-
cernere, cum fœminas annis mares excedere depre-
hendamus saepicule; verum si omnem temperamen-
torum causarumque externarum discrepantiam remo-

veamus, qvominus prærogativam hanc maribus concedamus, nihil video quod vetare possit, cum tempe-
rantius semper habeant calidum.

§. III.

Aer **P**anaceam, quā prolongari possit vitæ terminus, in-
specturi, sex res (ut loqvuntur Hippocrates &
Galenus) non naturales consideramus. Prima est AER,
deficiente hoc moriuntur apoplectici, cito morte abri-
piuntur strangulati & aquis submersi. Ex hoc nimio
calido in balneo multi, multi labore, multi saltando,
multi currendo occubuisse dicuntur, qvorū exempla
brevitati studentes in oulympos publica si opus est da-
bimus, & cum vitium saepe in hoc reperiatur, hinc
a graveolentis specubus odore maligno, extinxitorum
luminum nitore, multos decessisse comperimus. Un-
de quam gnaviter ejusmodi vitiis est occurrentiū
Vno. 1. præsertim dum putris se gleba resolvit, dum humores
Georg. contidi terrā exsiliunt, morbos generant pestes indu-
clades ac strages causantur hæc uosissimas.

§. IV.

Dieta **C**ap. 1. **N**unc quid præstet justa DIETA, regimen sanitatis à
pag. 10. Salernitanis vocata, altius inquiramus; Naturam
Sen. 1.2. paucis contentam esse testatur Cicero, testatur Seneca
Epist: testabuntur & omnes quibus non est barathrum stomacho
ad Luc. chi & bulimia laborant; itaq; quantitatem si specte-
Epist. 16 mus, ne nimius ingeratur probe cavendum. Quomodo
optime valetudo servaretur interrogatus Hippocra-
Stobeus tes respondit: εἰςας, τότε, ἀφεδίται, τάσσα μέσηα.
Verba Cedro digna. Omnibus in rebus modus
est pulcherrima virtus. Quot acceleravit morbos, pro-
gene-

generavit detrimenta, vitelliana & lupina ingluvies, il-
 lis, qui satis se cibi cepisse non putant ni pleno ince-
 dant ventre, vel funestus eorum exitus docuit, qui
 summonis obesitatis studentes, ut saburrā nimia onusta
 navis aquis, ita voluptatibus immersi suffocati sunt. Hæc-
 cine præposta vivendi ratio? hoccine jugulum sibi fe-
 tire, cum videant vix proiectorem eos videre ætatem,
 qui obesitatem nimis citò contraxeré. Unde macros
 vivaciōres deprehendes, unde semel de die come-
 dentes melius saluti consulere videbis. De potu quid
 dicam, loquitur pro me Alexander Herculanus *ebibitu-* *Curt: I.*
rus schypbum, loqvuntur innumeri in medio ætatis flore *decimo*
 fatis erepti, qui liquoribus delectati fatalem sibi con- *cap. 4.*
 traxere morbum, consciēre mortem, qui alias patriæ *hunc. Secundum cap. 4.*
 vel Ecclesiæ diu superesse potuissent. Modico vino
 Rhenico, Gallico, Hispanico (quod schola Salernitana *Cap. 8.*
 & Tympius *Theologicum* vocant) calidum innatum augeri de conf-
 testatur Galenus *Cap. 4.* de morborum causis. Ast qvot bona
 in corpore humano ~~douegit~~ *progeneravit* nimis, vix val-
 edicere possim. Summa, *virtus in voluptatis & luxurie* *Tympig*
regno consistere non potest teste Catone majore. *Quale erit in q. 24*
 nutrimentum Medicorum maximē foret decernere, ve- *mense*
 rum salva eorum venia, quantum possimus paucistan- *Tb. Phi. N. 3.*
gamus lineolis. Hoc si temperamentis fuerit æqvale, *pag. 166*
 calidum multum promoturum dicimus. Ut enim hoc co-
 mnis animalibus quoad justitiam inest & natura sui est
 amans quod in membris frigore vel igne læsis cernitur,
 ita temperamentum frigidum, frigidum requirere in-
 fluens, calidum calidum, statuimus. videndum igitur
 ne nimis hauriamus frigidum, quod Calidum non por- *Secundum cap. 4.*
fugit post partum, non
 est non *multo tempore*

Vid. Hie est non exstingvere; sic scorpione læsi aquatico, frigo-
 re quod inducit in corpus, immenso, pereunt, teste A-
 curial. vicenna; sic aquam frigidam bibentes Alexandri mili-
 tes premente precordia limo exstincti. sic Alexandrum in Cydnum
 Curtig annem descendenter, sibita vitatis reliquerat calor. Nec ca-
 lidam nimis sumamus, qvippe qvæ bitem procreat, efflu-
 xus gignit acres, fuliginosos, mordaces, febris gignendis ac-
 commodatissimos, ut loquitur Victorius Trincavellius. De
 temperamentorum diversitate videsis scholam saler-
 nit: cap. 87. ad 91. primum inclusive, nec qvemq; am,
 qui doctrinam hanc vel à lignine salutavit, dari pos-
 se credimus, cui suum proprium non innotescat. De
 ordine ciborum notant, illis, qveis stomachus frigidus
 mollia, humida, & concoctu facilia esse præmittenda
 durioribus, illis vero, qvibus præcalidus est stoma-
 chus asla, sicca duraque subtilibus, qvamq; am
 nec laute prandere volentes, nec canis dubiis utentes lau-
 damus. De generibus alimentorum tribus copioso, medio,
 atque tenui senibus vel ægris vel convalescere incipienti-
 bus dando, Medici consuluntur Galenus, Schola saler-
 nitat. pagin. 855. Hippocr. lib. 1. §. 6. qvem discurlum
 subtilem ut judicio nostro sublimiorem non facimus
 nostrum. Quando vero seu tempus certum præstitui
 posse negamus, interim ut adsvetam victus regulam;
 ita horam servandam approbamus; notandum tamen
 quod schola dieit:

Tu nunquam comedas, stomachum ni noveris ante
 purgatum vacuumq; cibo, quem sumpseris ante. & alibi
 omnibus adsvetam jubeo servare diætam,
 cap. 15. Hippocrates testis, qvoniā sequitur mala pestis.
 Quam si non curas, fatue regis & male curas. Ad-

¶) 13 (¶)

Adde, qvod inter anni partes sit probè distingvendum
qvippe cum fortius sit calidum byeme quam autumno, vere,
quam estate teste Avicenna. De mediis cordial; Ita magis hoc quam illo tempore influente esse roborandum,
juxta illud qvod habet Italica Schola.

Cap. 13.

*Temporibus veris modicum prandere juberis;
Sed calor estatis, dapibus nocet immoderatis,
Autumni fructus caveas ne sint tibi luctus,
De mensa sume quantum vis tempore brume.*

§. V.

De repletione dixi cibi potusq; , de evacuatione pauca loqvendum. Sangvinem quanto quis possit opere conservandum esse censemus, salaces passeres diu vivere non possunt, nec Veneri indulgentes nimia, hinc muli 80 teste Plinio lib. 8. c. 44. Eqvi referente Arist. lib. 6. de hist. animal. c. 22. plerumq; viginti, Afini vero ut dicit prænominatus Plinius l. 8. c. 41. triginta vivere possunt annos. Sic sangvinem stillantes nimium ex naso vel hæmorrhoidibus longam sibi vitam polliceri non possunt, cum in sangvine vita consistat mortalium Lev:12.v. 11.13.14. Qvam vero nociva sit excrementitiarū particularum retentio, vix dici potest, inde enim caligines, inflammationes, dolores capitis, dorsalia, dorsis et flanchis, calculi & aqua intercutanea Turpissimis & avosezias latine appetentiæ amissio aliaq; centum profluunt incommoda, de qua schola salern. Differit. De divisione Cap. 1. horum excrementorum eorumq; περιώμασι dicere nobis nihil attinet. §. VI.

Motum cordis arteriarum & muscularum fieri à di- ^{or per libet} latatione sanguinis per cor transeuntis idq; à ^{secondo autem} latente ^{foramina vim} ^{ord. ac conseruante} ^{ignis est rite}

latente igne seu calore in cordis thalamo differit Excel:
Achrelius in cap. 3. l. 3. contempl. in mundi. Ubi tanquam

~~ad~~ a fonte emanet ac funditur per corpus universum, pulsam
I. de usu causatur systolen & diastolen excitat, unde & natura &
pulsam omnium operum naturalium efficiens a medicis
Arist. l. salutatur, heic purgandi & confortandi, Epilepsie medendi
de re fortissimum est antidotum. Proinde ex integritate
hujus, constantiae, ex ejus affectis & infirmitate cau-
sas & rationes laesiorum & Symptomatum petamus
spiritu. & reddamus; ut vero facilius munus hoc suum exe-
Schola quatur vitæ instrumentum, motum dandum ingenu-
Salern. amq; recreationem jubet Cicero in Catone majore,
cap. 14. & quidem rectissime, stagnans aqua putredinem, se-
dentaria & quieta vita scorbutum & alios exitiales
contrahunt morbos, qvod infinita testantur exempla.

Motu Indos sanitatem sustentasse auctor est Calig. ut pigri-
la labor est pœna loco, desidiosus sudere est torqueri, ut ait Seneca;
ita nec prorsus saluti prospiciunt suæ, qui coninuo la-
bore vires exhaustiunt, cum quod caret alterna requie du-
rabile non sit; hinc in requiem & motum, totum vitæ
ad Lu- nostræ spatium dispescuit natura, verum omnia suo tem-
cic. porie facere, id in rebus omnibus est primum.

Ep. 4. S. VII

DE Somno, qui concoctionem optime promovet ani-
mi Sanitatem maxime conservat, phrenetidi, me-
lancholie; & amentiae medetur paucis differendum. E-
jus sedes non in corde ut voluit Arist, sed in cere-
bro est teste medicorum principe 1. *Tempus* dormiendi
optimum esse quod prescripsit natura, statuimus. Meri-
dianum vero vel statim post cœnam saluti nocivum.

2. *Locum*, qui non nimis erit calidus, ne calor inter-
nus à debito extrahatur loco & *Syncope* fiat. **3.** *Situm*, qui
nec supinus, nec pronus, verum dextro incumbens la-
teri, præsertim dum quietudini nos damus. **4.** *Quan-*
tatem, quam non præscribimus præcisam, sed prout
concoctio requirit & membra defessa; senibus autem
debili & frigido præditis, stomacho longiores dormi-
endi horas concedendas arbitramur.

6. VIII.

Ultimo quam noxia sint animi ~~natura~~ affectusque
subitanei, tragicus multorum docuit exitus. Etenim
risu & cachinno Zeuxem & Apellem pictores, Philippidemq;
Poëtam interisse, Rutilium dolore, ira Nervam Imperatorem
occidisse testatur historia, caussa in proposito est, calor
de quo loquimur in ⁱⁿ ⁱⁿ cordis latifundiis servari de-
bitus, alio defertur, & proprium destituit domicilium
hinc ruinosi corporum sequuntur casus. Pollicem
nobis premit Avicenna Hieronym. Mercurial. de tem-
pore. Hinc cur in conspectu Principis vel concessus alicu-
ius loquuturi trepidet lingua, facile sit judicare.

§. XI.

Hæc res fuere *non naturales* quæ prout quis illis utatur, vitam vel prolongant vel abbreviant, *extincto* ^{litteris in fiduciis vix} enim calido mors seqvitur naturalis, ut diximus prius. Nunc pauca quid faciat consuetudo, quid climata diversa breviter expendamus, postea manum de tabula.

6. X.

Constutudinem quasi secundam & affabricatam esse naturam
testatur Hipponicæ Ecclesiæ antistes, suffragante in-
super experientia, quam vincere dura est pugna.
Quid

Quid illa præstet vel Mithridates Venenis assuetus,
 vel plebeja gens Fennonum docet, quæ calore balneari-
 co macerata frigidam suffundere, in amnes & puteos
 vel ipsa hyeme descendere non veretur, & quidem sine
 noxâ. Ast an his reficiatur calidum, certi quid statuere
 non possumus. Dicimus tamen mutationem subita-
 neam cuivis perniciosam. Arbores & herbæ, patrium
 affectant solum, bruta in alias terras à gleba genitali
 translata, cito citius perimuntur. Homines auram cœli
 mutantes aliorumque diætam cum suis commutantes,
 diu persistere non posse, vel Tachi monstrat exemplum

Cap. 55. quod refert Ælianuſ in ſalernit. præceptis deſcriptum,
 de qui parabilem ſuum victum in Persicam luxuriam, lu-

Dietæ. xuriam in mortem cito commutavit. Europæi obſpi-
 ritus rapidiores, vivaciores, Indiani, quia moliores, vitæ
 dicuntur esse breviores, ast si ſolum mutantur, tot an-
 nos vix illos numerare posſe autumamus. Proinde ſi
 diætam, ſi vitam mutari fit neceſſum, lente & paulatim
 fiat moneo, ſic enim Hippoc. in lib. de natura hominis,
 ſi quis dietam permurat, etiam aliiquid in corpore mutari ne-
 ceſſum eſt, & Plutarchus in lib. de tuenda sanitate,
 nimis otioſa vita utilis non eſt, cum poſſit incidere laboris ne-
 ceſſitas, nec ex labore ſubitum otium, nec ex nimio otio ſubitus
 labor ſine gravi noxa eſt. Elegans certe monitum. Opti-
 mum enim adolescenti eſſe arbitror, ut ita præparet
 corpus, ut frigoris & caloris patiens, ad motiones &
 cibaria aptus, ad ſomni & vigiliarum mutationes ac-
 commodus eſſe poſſit, dum exegerit neceſſitas.

De phlebotomia cibiorumque diversitate, plantarum utilitate
vi atque virtute qua calidum juvari posset aliquid li-
bandum foret, sed cum hæc altioris sint indaginis, & ad
aliud spectent forum, hic subsistimus.

Hæc levia fuere & brevia, quæ in materiæ hujus di-
gnitatem tecum B. L. communicare voluimus. Si pieta-
tem colas, temperantia studeas, Balsamumque hoc vitæ
bene conserves, multos tibi annos, qvod etiam animitus
optamus Tibi polliceri possumus. Si invenias quæ erro-
rem (aliter enim fieri non potest) sapiunt, des qvæso ali-
quid subtili materiæ, des aliquid nostræ in tam abstrusis
naturæ arcanis ruditati, nil enim humani à nobis alienum esse
pusamus. Qvod si senserimus, vadum forte altius alia
vice tentabimus, interim Tuo & meo
summo Medico

DEO, SIT SEMPERNA GLORIA!

S X E Δ Α P I O N Sicilimentorum.

Qui Tò materiale & Tò formale futile & superstitiosum quid esse
dicit, Philosophus salutari non meretur.

In communicatione nālē ovdūas essentie à propriis non di-
stingvuntur.

Predicamenta spectant ad logicam.

Quod videmus, nec est substantia nisi accidentis. (ducti.

Pisces & respirant & calidum habent innatum, ut ut ex aqua sint pro-
Longitudines & latitudines inquirere locorum, precipuum est Geo-
graphi munus.

Libra qæ justissima videtur, multis modis potest esse fallax.

Respublica mixta (si à eis loquimur velimus) est contradic̄io implicita

Seruitus naturalis non datur.

Peregrinie & Praestantissime Domine LINSTORPHI,
Amico singulariter honorande.

Quidquid unquam vides mortalitas, aut quidquid in suis castris
notum ad nos detulit rerum fama & experientia; id omne suos
habet nodos, habet nervos, & suis firmatur membranulis. Ad-
spice alias Cœlum, despice interram, respice te ipsum. Est sancte quod
quotidiè intuemur Cœlum, unius planè ejusdemq; naturæ corporis;
suas tamen obtinent series Saturnus, Jupiter, Mars, retinet Sol, &
cum sequuntur Venus, Mercurius, Luna; ut nihil de stellis nunc
loquar. Scilicet quivis planetarum plorat, cuiusvis alterius in suo
collegio casum. Quippe quæ sidera dolent invicem; recreant se
rursus & fôvent. Profecto natura hæc est rerum conditarum har-
monica, quæque sunt integræ fractarum vicem ægrè ferant: Et est
sic suis ligamentis restituens totius hujus planè indissolubilis nexus, us
tumpi & faciem aliam, ac dictum, proferre in scenam nequeat. Jam
terra adest, sed quid eam nominem? ad solos progredior homines.
Ubi iterum animæ & corporis nostri unione reliqua, de Calido aliquid
dicerem innato, & humidum requirerem radicale, inde hoc luci datu-
rus, quod eorum uno soluto, scindi necesse sit vincula, quibus connexi
artus erant, & ruere corporis totius compagena. Sed si idem facerem,
hoc otiosè tantum à me prolatum vult tua, à te egregie elaborata Dis-
putatio; que tamquam per ipsam Palladis artem conscripta, utrūq; ho-
rum Concinnè, probè, eleganter maxime itemq; calida & non frigida
tractat. Adeoque sufficit utique mihi ad eam, veluti materiæ hujus
limpidissimum quodque speculum, ablegasse quoiquot, hic à me am-
plius quid dictum exoptant. Interim gratulento tibi ali, mi Eximie
LINSTORPHI, fortunæ tuæ beneficia, & jaçent se testes futuros tui,
quem sub pectore tuo gestas, sinceri animi. Admirantur proporro
reliqui tam venustam morum tuorum decentiam, nec non canant
lingua Tua promptitudinem. Breviter; reperiisse patriotas sibi fide-
lem in te socium; est quod gaudeant. Ego mi LINSTORPHI de tuis exi-
mis meherculè letor vividi ingenii dotibus, quas intuencur in id;

qui,

qui illas imitari nequeunt, & promptas esse negant, qui eas plane
ignorant. Mentem meam inde habes: sententiam latam audivisti.
Proinde jam unicè restat, ut pariter dehinc tibi benignam fatorum
benedictionem precer: sic studiis metæ tuæ corona, corona justus
fru&us, utrisque læta ac tranquilla vita, è manu DEI aderunt. De
cetero vale! & quod velit meus, te amplius condecorandi promptus a-
nimus, favē.

Tuo tibi semper devineto

HAQVINO W 33 S 398/
S.R.M. Alumno.

Pallenti PETRO Pulcherrima Palma Paratur;
Edidit Egregium, Eximiūq; Ecce Erudit EDENS,
Tangit Tangendū, Testare, Tacta Tuetur:
Rector Rectorum, Rex Regum, Ré Rege Rectā,
Ut Vivēs Valeat, Votivo Vellico Versu!
Servet Spirantem Sperantem, Supplico Supplex!

CAROLUS HÖÖR/ Stip. Regius,
Wex: Smol.

Te, mi Preceptor jubet hic mea Musa valere,
Et canit ex animo nunc Anagramma sequens:

P E T R U S L I N S T O R P H I U S,

ἀραγαματιζόμενος

N I L T U S T R O P H I S S U P E R .

N on benè consumit, certe annos ille adolescens,
Qui demum pergit proficere in senio;

Post-

Postquam subsident animus juvenilis & ardor,
Nec vigor ullus adest amplius ingenii.
Tales ast homines refugis Praeceptor amandis,
Flos juvenem præstans, eximiumq; Decus:
Tu, qui NILq; STROPHIS ludentes facere posse
Sentis, sed superas dogmata stulta satis;
Et sistis doctis in prælens Thema politum
De CALIDO INNATO; quo nihil utilius.
Hic labor ecce micat, cui nunc industrius instas,
Colens *Supremum*, quem penes omne bonum:
A quo & mox capies operum benè præmia magna,
In senioq; tuis suavis amicus eris.
Tiq; pie veniet LABORANTI LAUREA digna,
Non secus atq; aurum, quod rutilare solet.
Docti doctrinam reputant moresq; decentes,
Et dignam sedem Patria pandet ovans.
Omnia sic fieri verè optat pectore puro,
Qui Tibi debet item perpetua officia.

PETRUS von Husum/
Holmiae Specie.

Deplorans.

Deplorandum est, quod divinis prediti ingenitis ad virtutem ar-
tesque liberales addiscendas nati, omnibus suffulti subsidiis, non
in virtutem sed vitium, non in bonum sed malum, omnugis ge-
neris nequitiam, nulla habita ratione honesti, velut insani ac stupidi
feruntur, vitam gerentes, quasi virtuti odium indixissent inextinguible.
Hic ubi grassari caput morbi, fertur equis auriga, nec audit
currus habenas. O Tempora ferrea! O mores detestabiles! quibus adeo
diversis se implicant viciorum generibus. Te vero charissime Prae-
ceptor eorum fugisse consorcium, vitasse sodalitum, presens tua de
Calido Innato dolta declarat dissertatio, nam licet paupertatu et un-
dique presserit onus, urserit a pueri inopia, virtuti tamen ac bonis
moribus titasti, quod bonum opus laboremque assiduum piorum ama-
tor remunerabit largissime, pramisq; studiu digno pensabit abunde.
Interim pro opera & diligentia in promovendu studiis meis, gratias
ego per officiosas, gratiasque dum vivo inveniar discipulus.

E. PALANDER,
Junior.

Tης δοξης εικότως έφικεσθαι αξίοι εἰσιν, εἰλυτες ἀνικήτω τη γάλι-
νήτω νοὶ πὰ τῆς θεανίας δυσυχήματα ωπομένεστι, καὶ οὐταὶ τῆς
σπεδης λαβεῖν θεριθεῖν σπένδεσι, η Φατέον; Εν δοῖς ἡ καθηγήτης
ημιάστη ἐν σὺ, δὲ μέχετε τὴν πόνητην εὐσέβειαν σπεδαζων, Τὴν
ψυχὴν κοσμεῖν εὐσόνησας, καὶ μὲν ἀδιαλείπτως. ὡς ἐπειρο
φιλορρφθητέλεκτη πολυμάθειαν, ης ἐπέτυχες, ἥδιστε σεις συγχάιεις,
καὶ περὶ τὸν πόνητην εὐσέβειαν, καὶ πάντα ἀγαθά σοι, ἡ παιδεύεις ἀιδεσμένη περισ-
έχομεν, καὶ περὶ τὸ τελειών τὸ σεις ὄνομα ἀειμνήτω μνήμῃ σὺν ἀδελ-
φοῖς μα κατέλας φιλοτεμητῶν, ἔρρωστο;

αὐτῷ εδίως περιστέψηκεν ὁ μηδιττῆς

ΣΑΜΤΗΔΑ ΦΑΔΑΝΔΕ.

Bereximus

Peregrinie Dn. LINSTORPHI,

Surgite nunc Musæ, PETRUS LINSTORPHIUS hic est
Serto & condigno caput ejus cingite doctum!
Qvod meruit labor & pietas, qvam semper amavit,
Virtus & genium gratetur patria tellus,
Ti Mi LINSTORPHI! *Calido* nunc accino voto:
Vive diu salvus! multos floreque per annos!
Postea Te excipiat cœlestis gloria Christi!

*Sic iubens novet fide & amicitia
tibi junctus*

A. BOLHEMIUS, Wex: Smol.

